Herodes antipas

Herodes antipas magni herodis fili⁹ poſt archelaū p̄dictū fratrē galilee p̄fect⁹ fact⁹: regnauit annis .24. Nam archelao e regno pulſo: iudeoꝝ regnū in quatuor tetrarchias .i. p̄tes diuiſum eſt. Et huic galilea obuenit que eſt quarta regni pars: hic impijſſim⁹ atq₃ crudeliſſim⁹ fuit. quia ī ciues ſuos ſiccari⁹. in nobiles latro. in ſocios populator. in domeſticos p̄do habebat̄. q̄ppe plebis interemptor erat: filioꝝ occiſor: extraneoꝝ homicida: p̄prioꝝ paricida vniuerſa nempe p̄phanauit: qꝛ ſacerdotiū iudeoꝝ oīno ſuſtulit. oēm legē ⁊ ordinē cōfudit. Nā cū philippi fratris ſui vxorē cōtra legē duxiſſet. A diuo Johāne baptiſta cūmonet̄ illā dimittere. Quā obrem cū illū ob id occidere vellet: timuit plebem (quia ſicut euāgeliſta ait) ab oīb⁹ veluti verus p̄pheta habebat̄: ſed illū comp̄hendens poſuit in carcerē in caſtello macheruta. ⁊ pauloante mortem xp̄i: caput ei amputare fecit. Hic etiā iheſum a pilato ſibi miſſum in irl'm ſuſcipiēs: illuſum tandē ad eundē remiſit. eo q̄ interrogat⁹ (vt Lucas ſcribit) reſpōdere noluiſſet. Tandē a Caio ceſare romā citatus. atq₃ a caio cū vxore herodiade honorifice ſuſcepti fuiſſent. ſup̄uenit nuncius agrippe a quo intellexit magnā copiam armoꝝ eſſe in ſuis ciuitatib⁹ ⁊ de multis conuictus. apud Lugdunū galliarū vrbē relegatus miſerabiliter vitā finiuit. Uxori aūt ſue qꝛ ſoror erat agrippe quē Gai⁹ maxime diligebat dedit libertatē redeundi vt haberet terrā ſuā. Ipſa vo comitata virū in exiliū ait ſe non dimiſſurū eū in aduerſis cui cōīcauerat in p̄ſperis. Et poſtea Gai⁹ galileā herodi agrippe dedit. qui deinde tres tetrarchias habuit.

Pharisei

ERant in iudea tres ſecte iudeoꝝ a cōi reliquoꝝ vita ⁊ opinione diſtantes. Phariſeoꝝ ſecta ſeu religio que t̄pibus ptolomei philadelphi ſurrexerat ⁊ hac tempeſtate ob ſanctitatis oſtētationē in irl'm maximo in p̄cio (vt ex euāgelij hiſtoria elicere poſſum⁹) apud iudeos habita eſt. Qui ideo phariſei dicebātur quia a ceteris habitu cōuerſationeq₃ diuiſi erāt. Cultu eni auſteriore ⁊ victu parciſſimo vtebant̄. Statutiſq₃ ſuis moſaicas traditiones determinātes: pictacia chartarū in fronte. ⁊ in ſiniſtro brachio de cathalogo inſcripta. que philateria dicebant̄ in legis memoriā gerebant. Fimbrias quippe amplas ſpinis alligatas quib⁹ incedēdo pungerent̄ deferebāt. vt memores mandatoꝝ dei fierent. hij vniuerſa deo deputabant ⁊ marmene id eſt fato: p̄poſitis ſuis ⁊ maiorib⁹ natu nūq₃ cōtrariū rn̄debāt: iudiciū dei futurū dicentes: aīam oēm incorruptā eſſe ⁊ mortuoꝝ reſurrectionē ſperabāt ⁊ p̄dicabāt. hi nāq₃ xp̄o dn̄o noſtro plurimū aduerſabant̄ ⁊ mortis eius conſcij fuerunt.

Saducei

SAduceoꝝ alia ſuperat ſecta in iudea: ſed nō eiuſdē religionis ⁊ p̄cij cū phariſeis marmenem negant. deū inſpectorē oīm dicētes. In arbitrio hoīm ſitum eſſe. vt bonū malūue gerāt. hi ſaducei corpoꝝ reſurrectionē ⁊ angelos eē negabāt. Ac aīas cū corporib⁹ interire putabāt. Solos quiq₃ libros moyſi recipiebant. Et qꝛ ſeueri nimis erāt: nec etiā inter ſe ſociales. Ob quā ſeueritatē ſaduceos id eſt iuſtos ſe nominabant.

Essei

ESſeoꝝ quoq₃ alia ibidem vigebat ſecta atq₃ religio qui vere in omnib⁹ monaſticā agebāt vitam: nuptias faſtidientes: nō quia cōiugia ⁊ hoīm ſucceſſionē perimēda cenſerent. ſed cauendā intemp̄antiā feminarū: nullā earū fidē viro ſeruare putantes. Uerū inter ſe mutuo amore iūctiſſimi. Quin ⁊ diuiciarū cōtēptores ⁊ p̄mixtis facultatib⁹ veluti inter frēs vnū eſſe p̄rimoniū oīm ordinarūt vngēta nō curātes: ſqualorē dedecus putabāt. dūmodo ī veſte candida ſemp̄ eſſent. deſignatos aūt cōium rerū p̄curatores habebāt. Nulla eis certa ciuitas ſed in ſingulis domicilia habebant. Nec veſtitū ſiue calceos mutant: niſi aut oīno cōſciſſis priorib⁹ aut lōgi t̄pis vſu cōſūptis. Precipue circa deū religioſi ſūt. Ante ſolis ortū nihil p̄fani loquentes ſolē vt oriat̄ orantes. poſt vſq₃ ad quītā horā opantes. Rurſus in vnū cōgregāt̄ lintheis p̄cincti: corp⁹ abluūt aq̄s frigidis: ī cenaculū veniūt. neq₃ guſtare queq₃ fas eſt niſi pri⁹ deo celebret̄ orō: poſt finē quoq₃ p̄andij vota repetūt. Hi q̄ppe hoſpitalitatē ſūmo ſtudio exhibebāt. Et apud eos edendi ⁊ potādi mod⁹ ſaturitate definit̄. Tumult⁹ aut clamor in eorum hoſpicijs nuſq₃ audiebat̄. Sed ſūmū ſiletiū ſeruabāt: iuramētū habebāt p̄ p̄iurio. Secte ſue neminē adhibētes: niſi ſub anni p̄batione receptū. cōpellebant̄ q₃ iurare q̄ deo fidē hoīb⁹ iuſticiā: ⁊ p̄ncipib⁹ obediētiā ſeruaret. Et ſi cōtingeret ipſos aliq̄n p̄eſſe: nūq₃ abuterent̄ virib⁹ p̄tatis ad iniuriā ſubditoꝝ. Ad eoꝝ aūt iudiciū nō min⁹ q̄ȝ centū pſone ꝯueniebāt. quoꝝ decreta poſtea imobilia erāt. Sabbatū adeo illibatū ſeruabāt: vt nec cibū illo die pararēt. nec ignē accederēt: nec aliq̄d vas tranſportarēt: aut quaſi aluū purgarent. Ceteris aūt diebus cum dolabro in terrā fodientes demiſſa circūquaq₃ veſte ſe contegebant: quādo aluū purgabāt ne radio ſolari iniuriā facere viderent̄: purgatoq₃ aluo terrā egeſtam ſup foueam reducebāt. hos eſſenos ſeu eſſeos herodes antipas dū vixit honorauit. nec inhoneſt⁹ h̄mo de eis ī ſcripturis habet̄. hoc de p̄ois iudeoꝝ